cāticoruz ecclesie dicit.
Pulchre sūt gene tue
sicut turturis. Turturi
assimilatur ecclesia. vel
quelibet sācta anima qꝛ
christuz perfecte diligit
ɀ nihil amori eius pre-
ponit. Turtur ex quo p
occasionē ꝯiugem suuz
perdidit. nūꝙ alterum
amplius querit. qꝛ adul
terinū amorē nō recipit
Sic scimonialis femi-
na que xp̄m pfecte dili-
git amplius adulterinū
amorez nō recipit: idest
amplius in malo homi-
nes nō dilgit. religiosa
femina que plusꝙ xp̄m
diligit hominem non ē
casta sꝫ adultera qꝛ chri
um cōtemnit cui fuerat
desponsata. Religiosa
femina quando primuz

ad mōasteriū venit xp̄s in spōsum suscipit: post hec vero si carnalit hoi nē sup xp̄s diligit: adulteriū fac. & si non corpe: iā tn̄ adultera ē i mēte. Scd̄s illud q̄ dī: qui viderit mulierē ad cōcupiscendā cā: iaz mechatus est eā in corde suo: sic ēt mechatur mulier cū viro si euz in corde suo cōcupierit: vel eū carnalit dilexerit. Qua pp dilectissima mihi i xp̄o sorōte moneo vt xp̄s sponsū tuū sup oīa ames: & ab illo solo dōa accipere desideres. Obsecro te ut iesuz xp̄s spōsū tuū sup oīa diligas: & p amore illius secularia dōa non accipias: pcul dubio qui terrena dōa affectat: celestia nō sperat: munera excecāt ocl'os sapientiū: Et mutāt verba iustoz.

Certe si munera excecāt ocl'os sapientiuz ob cecant ēt ne deus videatur mentes religiosorū virozuz. Si (q̄ verū ē) dona oculos sapientiuz excecant: ēt & ocl'os seruozuz dei ne xp̄s videatur zturbāt. Unde beatus Isido. Nō pōt oculus mentis alta videre quē puluis claudit: ac si aptius diceret. Nō pōt oculus mentis pfecte celestia cōspicere quē puluis claudit cōcupiscētie. Nō pōt mēs serui dei ad contēplanduz deum esse libera: si adhuc terrenis cupiditatibus obscuratur. Si adhuc mēs sctimonialis femine in terrenis donis delectatur: pfecte celestia nō cōtēplatur: Si accipiendo vel donādo hoibus placere desiderat: deū pfe

cte nõ amat. Nam ꝛ a deo despecti sũt q i his vanitatibꝰ placere ↄcupiscũt. Vñ ait dauit pꝓpheta. Deꝰ dissipabit ossa eoꝝ q hoibꝰ placẽt ↄfusi sũt qm̃ deꝰ spreuit eos. Rogo etiã te soror venerabilis vt cũ oi deuotiõe audias ysaiã propheta dicẽtez: q excutit manꝰ suas ab oi mũere i excelsis hitabit: ꝛ regẽ scõꝝ videbũt oculi eius i decore suo. Ac si diceret: q ꝓpter deũ manus suas ab oi mũere excutit: i celo hitabit: ꝛ regẽ scõꝝ in glĩa sua videbit q cã amoris dei ab hoibus dona vanitatis ꝛ supfluitatis nõ r̃cipit deũ in maiestate sua videbit ꝛ cũ oibꝰ sãctis in decore illiꝰ i ppetuũ gaudebit. Jõ soror i xp̃o amabilis te rogo vt accipias ↄsiliũ hꝰ sãcti ꝓphete: ꝛ excutias mãus tuas ab oi mũere. Si tu i excelsis vis hitare: ab oi munere mãus tuas: excute Jteꝝ te moneo p gr̃az dei vt studeas imitari illũ q ait. Ego cũ iustitia apparebo i ↄspectu tuo saciabor cũ apparuerit glĩa tua. ¶ Ut ṽgo cuz deuotiõe reddat q̈ deo ꝓmisit. ser lxij.

S Oror carissima bñ cogites qd d͡o voueas ꝛ reddas teipsã voue integraz ꝛ redde. Teipsã in pctis accusa. Deũ in bñficijs lauda Nihil bõi tibi tribuas ab illo bõa cũcta q̃ hẽs te accepisse. dicas. Cõsiteř illũ mi̇̃sicõdẽ: te peccatricẽ illũ ṽacẽ: te mendacẽ. g̃ soror dilecta vt dicas cũ ꝓpheta. Jntroibo in domũ tuã. i. i mo

nasteriū in holocaustis hoc ē i spū ꝯtritōis ⁊ cō punctiōis: reddā tibi vota mea. i. ibi me itegraꝫ offerā tibi: i ara cordis ꝙ tibi voui. Necesse ē vt q saluari ꝯsiderat bona q̄ deo vouit: cū oī deuotiōe reddat: quicūqꝫ ad gaudia eterna desiderat ꝑuenire: necesse ē vt bona q̄ deo promisit studeat adiplere. Vnō ꝓpheta. Vouete ⁊ reddite dn̄o deo vr̄o. Ac si diceret. Vos ipsos vouete ⁊ reddite: qa necesse ē vt qui vouit ēt reddat. q꞉ vouendo se debitoꝛē fecit. Et meli⁹ cēt nō vouere: ꝙ post votū ꝑmissa nō soluer̄. Sūt ēt q̄dā vota oībus ꝯmunia: q̄dā vero specialia. Cōia vota sunt ea q̄ in baptismo ꝑmissimus. s. vt nō peccaremus: ⁊ vt diabolo ⁊ opibus eiuꝫ abrenūciaremus. Specialia vota sūt qn̄ aliqꝫ se monachū fieri aut canonicū: aut heremitaꝫ vel aliquid aliud ꝓmittit. Qd̄ si ille qui vouit nō reddiderit: salu⁹ esse non poterit. Quare? q꞉ qui deo vt bene viueret promiserit: si hoc bōis opibus nō ipleuerit: saluari n̄ poterit: quisquis bōa q̄ deo pollicitus ē iplere neglexerit: ad illa bōa q̄ deus ꝓmisit ꝑuenir̄ nō poterit. Ille qui deo nō vl̄t reddere bōa q̄ vouit ei: qūo vl̄t adeo accipe bōa q̄ ei deus ꝓmisit? qūo vl̄t adeo accipe donū celeste qui dō nō vl̄t redder̄ suū votū. Aut qūo se putat adeo acciper̄ celestia dona q̄ꝫ dō negligit ꝑsoluer̄ sua vota: q꞉ nō ē fidelis sed

infidelis. Inter ĩfideles ꝯdẽnabitur ille q̄ vota sua deo negligit reddere int̄ infideles perhibit qui votuꝫ suuꝫ in bonis nõ ꝯsumauerit. Igit̄ soror in xp̄o dilecta mihi moneo te vt facias bonũ qđ ꝓmisisti: nõ sis in verbis facilis: ⁊ in opibꝰ difficilis. Coraꝫ deo facile aliquid nõ ꝓmittas sine cõsideratione viriũ nihil presumas qđ ñ potes facere non ꝓmittas. In ꝯspectu dei multuꝫ eris culpabilis si nõ reddideris bonuꝫ qđ ꝓmiseris. Qui vota sua nõ explẽt deo displicẽt. Inter ĩfideles deputabuntur q̄ qđ vouerũt nõ impleuerũt. Melius ẽ. n. nõ ꝓmittere q̄ꝫ fidẽ promissi nõ soluere. Verũtñ sororẽ venera. rescinde fidẽ ĩ malis ꝓmissis ĩ turpi voto muta decretuꝫ. Malũ qđ ꝓmisisti non facias quod ĩ caute vouisti nõ ipleas: impia ẽ ꝓmissio q̄ scelere ad ipletur. Nũc g̃ spõsa xp̄i sicut iã dixi tibi. Si cũ oĩ deuotiõe reddideris đo bona q̄ ei ꝓmisisti accipies ab eo eterna bona q̄ ille ꝓmisit tibi. Amẽ.

¶ Ut virgo sp̄ illud cõsideret ꝓp qđ venit ad mõasteriũ. Ser. lxiij.

Soror carissima scito quid sis cognosce temetipã reduc ad mẽoriã q̄re sis nata. Esto mẽor cur sis orta ĩ quem usu sis genita: q̄ cõditiõe sis edita. Ad q̄ꝫ rẽ sis in hoc seculo procreata. Memẽto cõditionis tue: serua ordinẽ tue natur̄. Esto q̄ꝫ es facta: Talis esto qualẽ te deus fecit: q̄lem te

factor instituit esto talis
Tene moduz in oi ope
tuo in oi re tēperamētū
tene. Nihil facias sine
tēpantia: nec min⁹ faci-
as aliqd nec nimis: nec
vltra quam oportet nec
infra: ēt in bonis īmode
ratū aliqd nō dēt eē: oīa
mediocria sunt vtilia: ⁊
in suo mō pfecta q̄ cū tē
perātia fiunt: salubria sīt
Bona āt in moderato
vsu noxia efficiūt. Ois
n. nimietas i vicio ōpu-
taṫ. Tēperate facere cū
cta prudētia est: ne ō bo
no facias malū. Soror
dilecta: respice ēt qd sit
aptū cuiq̄ tempori ꝑus
videas qd debeas faceṙ:
⁊ vbi ⁊qn q̄liter: ⁊ q̄diu
facias: per discretiōz co
gnosce cās rerū. Cū oi
diligentia distingue cū-
cta q̄ agis: diligēt exco-
gita q̄lit bonū incipias
⁊ perficias. Tene discre
tionē in oi actiōe tua: cū
bn̄ distinxeris op⁹ tuuz
optie iusta erit. Quicqd
bōi feceris cū discretiōe
v̄tus erit quē qd sine dis
cretiōe erit vitiū: indis-
creta. n. v̄tus ꝑuitio re-
putaṫ: v̄tus sine discretio
ne: locū vitij obtinet per
prauā ꝯsuetudinez mul
ta sūt vitiata: prauo vsu
multa sūt ꝓfundata: mul
ta sunt illicite vsurpata:
contra pudicos mores.
Usus igiṫ auctoritati ce
dat. Lex ⁊ ratio prauuz
vsuz vincāt. Hōesta vir
go mōeo te vt tēeas fidē
firmā in corde. galeā sa
lutis in capite: signū cru
cis in frōte: verbū veri-
tatis in ore: voluntatez
bonā in mente: timorez
⁊ verā dilectionez dei ⁊
ꝓximi in pectore: cingu
lū castitatis in corpore:

honestatez in actiõe: so brietatez i ꝯsuetudine ⁊ bonitate: hũilitatẽ i ꝑspitate: patiẽtiaz i tribulatõe: simplicitatẽ i ꝯuersatiõe: spẽ certã i creatore: amorẽ vite etne: ꝑseuerãtiaz i bõis opibus vsqꝫ i finẽ. amẽ. ¶ Ut ṽgo nõ q̃rat placere hoi

hꝰ de pulchritudine sui vultus. ser. lxiiij

Soror carissima vitemus pnitiosas pulchritudies ne oĩuz maloꝝ germĩa i nos pullulẽt. qui pulchritudinẽ corporis diligit semetipsuz decipit. Quare? qꝛ pulchritudo corporis fallax ẽ: vana est: terra ⁊ cinis est. Deceptio ẽ hoĩs. Unñ salomõ Fallax grã ⁊ vana ẽ pulchritudo. Multi fuerũt ⁊ sũt decepti per pulchritudinẽ corporis. Stulti hoies dũ ꝯsiderãt pl̃critudinẽ corpis icidũt in diaboli laqos dũ carnis pulchritudinẽ attẽdunt reciaculis diaboli ꝑpediunt. Multi ꝑ pulchritudinẽ corporis alligãt in pctis. Deus ñ reqrit corpis decorẽ: sꝫ aie pl̃critudinẽ. ãpliꝰ diligit dñs spũalez pl̃chritudinẽ q̃ carnalez: xp̃s non delectat in cõporis pl̃chritudine: sed in ãie puritate Igit soror mihi in xp̃o dilecta mõeo te: vt illã pl̃chritudinẽ diligas in q̃ delectat deus. Nũq̃ hoc aio hoies attẽdas: vt eoꝝ pl̃chritudinẽ diligas. Non ꝯsideres hoĩes hac intẽtiõe: vt le teris in eoꝝ pl̃chritudine. Nunq̃ iõ hõies cõspicias: vt pl̃chritudinẽ eoꝝ ꝯcupiscas. Te etiã rogo vt nunq̃ vl̃tũ tuũ

ꝯpõas vt hõibus place as. Nunq̃ iõ exornes vultũ tuũ ut placeas in oculis hõiuꝫ. Nõ sit ta lis intentio tua: vt corã hõibus veliꝭ apparere formosa: qꝛ si ob hoc fa cis vt in ꝯspectu hõiuꝫ formosa videaris: Jesu xp̃o spõso tuo iniuriã fa ciꝭ. Cũ sis xp̃o despõsa ta si añ oculos hominũ vis apperere ñ es casta sꝫ adl'tera: q̃si adult'a xp̃o faciꝭ iniuriã: si vt ab hõi bus ameris oñdis pul- chritudineꝫ tuã quõ nõ adult'aris q̃ plus q̃ xp̃ꝫ diligis hõieꝭ? Aut quõ ñ facis adultũ q̃ hõies amas super xp̃m? quõ dicis nõ sum adult'a: q̃ xp̃o te in mõasterio tra didisti ⁊ nunc hõib⁹ viꝭ placere ꝺ pl'chritudine vl'tus tui. Cũ ho- facis signũ ꝺ mõstraꝭ mere- tricis: hoc facere solent meretrices ⁊ seculares mulieres: vꝫ ꝯponũt fa cies suas vt in ocul' ho- minũ appareant formo se. O q̃ turpe ẽ ⁊ q̃ ab surdũ illud facere femi nas sãctimõiales q̃ð fa- cer' solent meretrices ⁊ seculeres ml'ieres. Igit' hõesta v̾go audi q̃ dico attende q̃ mõeo: nunq̃ꝫ vl'tuꝫ tuuꝫ ꝯpõas vt ho minib⁹ placeas: sꝫ inte rius orna facieꝫ tuã con sciã bõis v̾tutibꝫ vt Je su xp̃o celesti spõso pla- cere valeas: Deus non delectat' in pulchritudi ne corporis sꝫ in pl'chri tudine mentis ñ in ꝯpo sitiõe vultus sꝫ in bõis moribus. Nõ in corpo ris ꝯpositiõe sꝫ in scã cõ ũsatione. Cũ scã aĩa in- tus ⁊ p̃t xp̃m bonis mo ribus ornatur: a christo

diligitur atq3 amat. qđ
bene spōsus in canticis
cāticoꝝ insinuat vbi spō
se loquit dicens: ꝙ pul-
chra es amica mea ꝛ ꝙ
decoꝛa carissima in deli
tijs ac si diceret ꝙ pul-
chra es amica mea .i. iu
ste scē ꝛ religiose viuen-
do est pulchra ꝛ me su-
per oīa diligēdo es ami
ca iō es pulcra ꝛ decoꝛa
qꝛ bñ viuendo in bonis
operib9 ꝯuersaris atq3
iō es āica qꝛ pfecte me
diligis ꝛ qꝛ alteꝝ amicū
plus ꝙ me ñ diligis ñ so
lu3 es āica mea s3 ēt ca
rissia qꝛ pl9 mihi deside
ras placer per bōa opa
in mētē ꝙ hoibus foris
de coꝛpoꝛib9 pulchritu
die: iō nō solū es āica s3
ēt in delitijs carissima.
Sctā aia carissima dr i
delitijs videl3 scriptura
rū scārū qꝛ ad amoꝛem
ꝛ familiaritatē xp̄i perfe
cte nō peruēit q scriptur
scē delitijs abūdare cō-
temnit. Ille ad amore3
xp̄i perfecte peruenire
poterit q dlitijs scriptu
raꝝ se reficit ꝛ xp̄m dili
git ꝛ a xp̄o diligit. q ve-
ro plus ꝯsiderat placer
hoibus de pulchritudi-
ne vultus sui ꝙ xp̄o de
bonis operibus nec xp̄3
pfecte diligit nec a xp̄o
diligit: mōeo ḡ te soroꝛ
carissima vt xp̄3 diligas
super oīa qꝛ de9 pr̄ te el
legit in ipso ante secula.
Rogo etiā te vt illi soli
placer ꝯcupiscas: ꝛ vt ab
hoibus laude3 tempora
lem nō accipias. ¶ Ut
virgo nō rideat imode-
rate. Ser. lxv.

S Oroꝛ carissima.
Audi sapientissi
mi Salamonis verba:
risu3 deputaui erroꝛem

ꝛ gaudio dixi qd frustra
ↄ̄ciperis:error dicitur qñ
aliud dꝫ fieri ꝛ aliud fit
tunc ꝫ fit error qñ ille q
debet plorarꝫ ridet:ideo
rursus dr̄ error qꝛ dū qſ
qꝫ ridet diē mortis sue
in mente nō hꝫ: verꝫ fru
stra ↄcipiꝫ q in tempora
libus gaudijs letatur.
Decepti sūt q gaudent
i ꝓsperitatibꝰ huiꝰ secu
li:si diez mortis sue ad
memoriā reduxissent:ꝑ
us pccā sua plorarent ꝙ
ↄ rebꝰ vāis riderent. q
de rebus vanis rident.
si mala q̄ passuri sunt in
mente haberent n̄ ride
rēt sꝫ lugerent. vnde ēt
salamō. Risus dolor mi
scebitur:ꝛ extrema gau
dij luctꝰ occupabit:ꝛ do
minꝰ in euan. beati q lu
gent qm̄ ipsi ↄsolabunt.
Nō dixit bti q ridēt sꝫ
beati qui lugent:qꝛ vere
illi sūt beati qui pccā sua
lugent:nō illi qui ↄ rebꝰ
vanis rident. Qui ꝫm
deuz lugent beati sunt:
qm̄ ipsi ↄsolabūtur. Et
iacobus apostolus:stul-
te ridentes increpat di-
cens. Risus vester ver-
tetur in luctū ꝛ gaudiū
in merorez. Stultus in
risu exaltat vocem suā.
Sapiens āt vix tacite ri
debit. Risuz ergo soror
dilecta q̄si errorez deui
ta ꝛ temporalez letitiaz
in luctū cōmuta. quare:
scꝫ vt beatifices te si in
hac perigrinatiōe plora
ueris te. videlicet vt in
die mortis tue btā inue
niaris. si te ipsaz in hoc
mūdo ploraueris. Co-
gnosce te peregrinā esse
in hoc mūdo. qꝛ non est
hic pr̄ia tua sꝫ i celo: nō
hēs hic manētē ciuitatē:
qꝛ deꝰ ꝓmisit tibi in ce

lo hierl'z celestez: ad q̃z
dauid ꝓpheta peruenire
ꝯsiderabat cū dicebat.
letat⁹ suz i his q̄ dicta sūt
mihi in domuz dñi ibi-
mus. Tali etiā deside-
rio ardebat xp̄i huius q
dicebat. Cupio dissol-
ui ⁊ esse cuz xp̄o. ille eti
az ad celū peruenire cu
piebat q dicebat. Heu
mihi q2 icolatus meus
ꝓlōgatus est h'taui cuz
habitantibus cedar. qñ
h̄ dicebat de vāitatibus
huius mūdi ñ ridebat.
sz de hac peregrinatiōe
lugebat. Igit̃ honesta
ꝟgo gaudiuz tuuz sem-
per sit in celo. Tui cor-
dis letitia semꝑ sit mo-
desta ⁊ trāqlla iuxta ꝙ
ap̄lus ait. Gaudete in
dño semper. Iterū dico
gaudete. Et alio loco
dicit fructus āt spiritus
est gaudiuz. Talis iocū
ditas ñ perturbat men-
tez fecunditate ridendi
sz subleuat animā per ꝯ
sideriuz ad celestez p̄riā
perueniendi vbi possit
audire. Intra in gaudi
uz dñi tui. Facies hōis
est speculuz cordis. per
risum pōt hō cognosce
re cor sanctimonialis fe
mine. Risus ⁊ iocus in
utilis ꝯscientiā vanā ofn
dunt femine sc̄timōia-
lis. plerunqz q̄le sit cor
femine sc̄timōialis de
monstrat risus ⁊ iocus
turpis. Nō. n. illa impu
dent rideret si cor castū
haberet. Nūq̄z riderz
lasciue. si lasciuiā ñ ha-
beret in mente sic. n. ait
dñs. Ex abundātia cor
dis os loqt̃. Ergo ex a-
bundantia vanissimi pe
ctoris ridet facies ꝟgis
si in mēte femine vāitas
ñ eēt ꝯ vāitate nūq̄z ri-

deret. mens casta plus
gaudet i luctu quã i risu
Certe si sãcti mõial' scĩ=
ra hñet in mẽte verã ca
stitatez plus amaret la
chrymas. q letitiã tpalẽ
Si ad mẽoriã reducerz
suas negligẽtias ⁊ iferni
pẽas pl⁹ diligerz lachri
mas q̃z risus. Ubi risus
⁊ ioc⁹ abũdat. ibi pfecta
charitas ñ r̃gnat. Si scĩ
mõial' pfecte xp̃z dilige
rz. ñ riderz. sz cũ ḋside=
rio illi⁹ idesinẽt plorarz
Or q̃ pfecte xp̃z diligit
⁊ flet. ñ ridet sz ãore ci⁹
luget. Miror q̃re illa a
mat ioc⁹ ⁊ risus q̃ iõ ve
nit ad mõasteriũ vt pro
petis suis fũderz lacrias
Mirõ q̃re ñ hz verecũ
diã. qñ i risu exaltat vo
cẽ suã. Ualõ turpe ẽ ei
rider̃. q̃ hac pegriatiõe
ḋbuerat pcã sua plorar̃
Nos mihi q̃re ridẽus

q ḋ ob⁹ opibus nr̃is i cõ
spectu ãgelo⁊ ⁊ omniũ
sancto⁊ deo rõnem red
dituri sumus. Jõ meli=
us est nobis in hac vita
luger̃ pccã nr̃a: vt a dño
possimus cõsequi veniã
in futura. Obsecro igit̃
te soror venerabilis. vt
risus ⁊ iocus caueas ⁊ p
pccis tuis indesinent̃ la
chrias fundas. Joc⁹ ⁊ri
sus fuge. ⁊ pccã tua ince
santer luge. Audi spon
sa xp̃i. qd spõsus in cãti
cis cãtico⁊ spõse loqt̃ di
cens. Oculi tui sic pisci
ne in esebõ dicunt̃. Or
duz scã aĩa de hac pere
grinatiõe plorat p grãz
ḋi a pccis se lauat. sic scĩ
mõial' femina dẽt sine i
termissiõe luger̃. vt se a
pccis suis possz lauar̃ igr̃
sorõ carissima si i hac vi
ta pccã nr̃a pfecte plora
uerimus. ⁊ a vanitatibꝫ

hui⁹ mūdi recesserim⁹: pctōꝝ nroꝝ veniā nos obtinere credim⁹. amē.

¶ Ut vgo nō ɔsideret ciuitates videre. ĉ. lxvi.

Soror carissima: audi quō hieremias pp̄ha nr̄as iniq̄tates plorat dicens. Quō obscuratū est auꝝ: mutatus ē color ei⁹ optim⁹. Dispsi sūt lapides sanctuarij: i capite oīuʒ plateāꝝ. p auꝝ itelligim⁹ vitā religiosoꝝ hoīum: q̄ antea erat per gl̄iaʒ vtutū clara: nūc vō p turpes opatiōes ē obscura. Color optimus auri significat habituʒ scītatis. q p bona opa p̄us erat p̄ciosus atqʒ optim⁹. nūc vero p vitia ⁊ secl'aria opera ē mutat⁹: ⁊ vilis atqʒ despectus. Uere ē mutatus optīus hītus religiosoꝝ viroꝝ: vʒ mona coꝝ canonicoꝝ ⁊ scimonialiuʒ femināꝝ: qn̄ āpl'i⁹ ɔponit: vt placeat i ɔspectu ppl'i: q̄ꝑ placeat in cōspectu dī. Uere ē mutatus optimus color auri: qn̄ plus aptat hītus religiosoꝝ viroꝝ: vt placeat p vanā gl'iaʒ in ɔspectu hoīuʒ: q̄ꝑ vt placeat per hūilitatē añ deū. Certe hodie sūt mutata religiosoꝝ viroꝝ optia vestimēta: qn̄ magis ornant vt placeāt i palatio r̄gis q̄ꝑ in ɔspectu creatoris Seq̄tur. Dispsi sūt lapides sāctuarij i capite oīuʒ plateāꝝ. Lapides sanctuarij designāt religiosos viros: qui nunq̄ꝑ debent foris vagari: sʒ in secreto monasterij ante oculos dei semper cōmorari. Sʒ dispersi sūt hodie lapides sanctuarij in capite oīuʒ platea

rũ qñ religiosi viri q̃ren
dovana ⁊ secularia foris
vagãtur. In capite oiuz
platearꝝ lapides sanctu
arij sunt dispersi: qñ vi-
ri religiosi plus deside-
rãt in palati o rẽgis versa
ri q̃ intra claustrũ mõa
sterij cõmorari. Disper
si sunt: qñ plus deside-
rãt audire superflua ver
ba diuitũ. q̃ p̃cepta scri
pturarꝝ. In capite plate
arꝝ dispergũt. qñ plꝰ le-
tãtur i cõuiuijs ⁊ loquu
tióibꝰ diuitũ: q̃ in pau-
pertate ⁊ abstinentia re
ligiosorꝝ fratrũ: serui di
plus debent diligerẽ le-
gumina in mõasterio. q̃
opulenta ꝯuiuia in secu
lo. Religiosi viri plus
debent amare olera int
suos fr̃es q̃ multitudi-
nez ciborꝝ inter diuites.
Viri religiosi ãplius de
bent gaudere in mensa
pauperꝝ frũz. q̃ in men
sa regũ. Quare? Quia
sic̃ ait augustinus. Me
lius est minus egere: q̃
plus hr̃e. Melius est ꝓ
xp̃o i mõasterio pauper
tatez sustinere q̃ in secu
lo multas diuitias hr̃e
Necesse est igr̃ vt quis-
qz religiosus si saluari
desiderat: seculũ ꝯtem-
nat ⁊ sese intra monaste
rij claustra ꝯcludat: de-
bet religiosus vir ꝯuen
tus seculariuz hoiuz fu
gere. ⁊ societatem suorꝝ
dei requirere. Viri reli
giosi plus debent dilige
re claustra. q̃ regis aulã
Nunc igr̃ audi q̃ dico:
asculta q̃ móeo. Meliꝰ
est tibi in claustro sede-
te. q̃ plateas ciuitatis cir
cuirẽ plus dilige in mõa
sterio cõsistere. q̃ ciuita
tes videre. Meliꝰ est ge
scerẽ intra parietes mõa

sterij: q̄ appararĩ i ɔspectu populi. Si te inclu-serisĩ in claustro: amaberis a xp̄o. Mō bene i cāticis cāticoꝝ spōsus insinuat: cū spōse loquit̃ dicēs. Ort⁹ ɔclusus soror mea ort⁹ ɔclusus fons signatus. Unaq̄qȝ scā aīa ortus ɔclususeē itelligit̃: q2 dum v̄tutes nutrit flores gignit: virtutibus se nutrit reficit: fructus quos germinat eadē custodit. Conclusus n. ortus scā aīa eē dr̄: q2 dū amore vite eterne a strepitu sc̄lari se abstarabit: dū visus hoīuȝ fugit dū bona q̄ agit pp laudes hoīuȝ absōdit: dū se se pp deū ne ab hoībus videatur includit: dū humanas laudes cōtēnit: ipsa bona intentione se circūsepit ne ad interiora rapienda hostis antiquis irrūpe possit. Fons ēt signatus dr̄: q2 dū celestia assidue cogitat dū scientiā scripturarū sp in ventre memorie ɔgregat: q̄si aq̄s viuētes scā mēs in se gignere nō cessat ex q̄bus sciētes p̄ximos reficere valeat igit̃ soror carissima sic̄ supius dixi tibi. si dū viuis te ipsaȝ pro amor̃ xp̄i intra parietes claustri iclуseris ⁊ pfecte p̄ceptis regule adheseris post hanc vitā cū codeȝ iesu xp̄o sponso tuo i celesti thalamo letaberis.

C De tētatiōe. ℞. lxvij.

Soror carissima audi iacobū apostolo. dicētē. Resistite diabolo: ⁊ fugiet a vobis. Et btūs ieronimus dicit. Nihil eo fortius qui dyabolū vincit. Et nihil imbecilius q̄

Ille qui a carne sua supe
rat. Sagitte diaboli fri
gore vigiliaꝶ ⁊ ieiunioꝶ
ꝑcitate sũt extinguẽde.
Callidus inimicus nr̃ sp̱
exquirit ũde nos decipe
possit: ⁊ nõ tãtũ curat iu
gulare corpora sȝ aias.
q̃si lupus gregẽ. Dya-
bolus dissipat aias: cuȝ
fidelem populũ p̱ tenta
tionẽ necat: tñ dyabol⁹
nõ ãplius tentat electos
q̃ꝑ pmittat deus qñ dya
bolus fuos dei tẽtat. eo
rũ vtilitatib⁹ fuit cũ eos
p̱ tentatiões suas nõ de
cipit: sȝ erudit. Sepe tẽ
tatiões q̃s diabol⁹ ꝯmo
net ad iteritũ hoiuȝ dñs
ꝯuertit eas ad profectũ
animaꝶ. Nũq̃ꝑ serui dĩ
tẽtatiões dyaboli susti-
ner potuissent: si neq̃tiã
eoꝶ pietãs dĩ nõ tẽpera
ret vel refrenaret q̃ꝑuis
dyabolus sp̱ cupiat ten

tare fuos dei tñ si a dõ
ptãtẽ nõ accepit nõ põt
implere qđ q̃rit: Unde
⁊ omnis volũtas diabo
li semper est iniusta. sed
tñ pmittẽte dõ iusta est
ptãs eius. Diabolus ex
semetip̄o iniuste q̃rit tẽ
tar̃ fuos dei: sȝ eos q tẽ
tãdi sũt tentar̃ nõ pote-
rit nisi ei dñs licentiã de
derit. Unde ⁊ in libris
reguȝ de dyabolo scri-
ptuȝ est qꝛ spirit⁹ domi-
ni male exagitabat q̃rit
saul: vbi iuste si spiritus
dñi erat: cur malus erat
⁊ si malus erat: cur dñi
erat? Sȝ in hoc loco cõ
prehensa est duobus ver
bis ⁊ dei potestas iusta:
⁊ diaboli voluntas iniu
sta. Nam spiritus ma-
lus erat per malam vo
luntateȝ ⁊ idem spiritus
dõini erat. per acceptaȝ
iustissimam ptãteȝ dia-

bol⁹ nō est immissor vi-
cioꝝ. ſʒ ſolūmō incētor.
neqʒ alibi pōt fomenta
ꝯcupiſcentie ſuccendeꝛ.
niſi vbi pri⁹ graues de
lectatiōes cogitatiōis vi
derit: Sʒ ſi a nobis ex-
pellimus delectationes
praue cogitatiōis: ſtatiʒ
diabol⁹ ꝯfuſuſ recedit.
ꝛ arma tentationis eiuſ
frāgūꝛ. Sepe dyabol⁹
per ſpecieʒ boni vult de
cipere ſuos dei. qñ ſe ſi-
mulat in angeluʒ lucis.
ſʒ diſcretō ſctōꝛum tāta
debet eſſe vt int̄ bonuʒ
ꝛ malū valeat diſcēnere
ne eos dyabol⁹ fraudu
lenꝛ valeat decipere hec
eſt.n. percūctatio ioſue
Dicentis: nr̄ es āte ad
uerſarioꝝ. ꝓꝑ hoc ꝛ hie
remie ꝓphe di. Si pcio
ſuʒ a vili ſeparaueris. q̄
ſi os meū eris. Diabo-
l⁹ in ocl̄is ſecularīū ho-
minum terribiꝛ eſt. ſʒ in
oculis electoꝝ dıvil' eſt.
Increduli diaboluʒ ti-
ment q̄ſi leoneʒ' Illi ve
ro q i fide fortes ſūt dya
bolū deſpiciunt. q̄ſi vmi
culū. ꝛ cuʒ euʒ viderunt
ꝯtemnūt: diabol⁹ eſt ſer
pens lubricus ſʒ ſi capi
ti ei⁹ hoc eſt p̄me ſugeſti
oni nō r̄ſiſtiꝛ totus in in
timia cordis duʒ nō ſen
ſitur illabiꝛ: Vicia dya
bolicaꝝ tēptationū fra-
gilia ſūt. ſʒ ſi nō caueāꝛ.
ꝛ per uſum in ꝯſuetudi-
neʒ trāſeāt i nouiſſimis
fortiter ꝯualeſcūt. ita vt
nūq̄ aut cū difficultate
vincātur. Diabolus qñ
decipere aliqueʒ hoieʒ
q̄rit. prius naturā vniuſ
cuiuſqʒ hois intendit ꝛ
inde ſe applicat vnde vi
det hoiem aptū ad pec-
cādū. Vñ btūſ yſidoruſ.
Amplius tentat diabo

lus hoīem ex parte illa
q̄ eū videt per excrescē
tes hūores facile inclīa
ri ad vitia: vt scōꝫ hūo-
ris ꝯspersiōes adhibeat
ꝛ temptatiōes. Sic ille
q aquā ōducit: n̄ eā per
aliā ptes mittit: nisi vbi
eā melius currere cogno
scit. In tota vita diabo
lus cupit hōies decipere
sꝫ āpliꝰ in fine. Et hoc
est ꝙ in ꝑncipio serpenti
dc̄m ē. Tu isidiabis cal
cāeo eiꝰ. Tc̄ diabolꝰ cal
caneo hōis insidiat: qn̄
eū in fine vite decipere
cōat. Qꝛ nīmiꝝ diabo-
lus hōies queꝫ spatio vi
te n̄ decipit i fine dcipere
dispōit. Proīde ꝙuis
hō sit iustus nunꝙ tam̄
nec̄e est vt sit in hac vita
securus sꝫ sp hūilis: ca-
ueat spqꝫ ne in fine dci
piat solicitꝰ pertimescat
Igit soror mihi in xp̄o
dilecta: nec̄e ē vt dep̄ce
mur deuꝫ oipotētēꝫ ne
permittat nos tentari ſ
id qd possumꝰ sustinere
qꝛ sp deus vires diabo
li restringit ne tm̄ noce-
at ꝙtū nocere cupit. Vn̄
in cāticis cāticoꝝ spūs
scūs diaboluꝫ increpat
dicens. Surge aglo ꝛ
veni auster: perfla ortū
meū: ꝛ fluāt aromata il
lius. Per aglōeꝫ q in
frigore ꝯstringit ꝛ torpē
tes fac̄ qd aliud nisi im
mūdus spūs designatꝗ
dū tentat ꝛ possidet ōes
reprobos a bono opere
torpere fac̄: per austꝝ vo
.s. calidū vētuꝫ: spūs sā
ctus designat: q dū mē
tes electoꝝ tāgit ab oī
torpore relaxat: ꝛ feruē
tes in dei āore fac̄. ꝫ sur
gat aglo i. malignꝰ spi
ritus ab ecclīa: vel ab ūa
ꝗqꝫ fideli aīa discedat:

ne ãpli⁹ tētet ꝙ oꝫ. ve-
niatqꝫ auster: ꝛ perflet
ortuꝫ spōsi ꝛ fluāt arōa-
ta illius. At spūs sāctus
vꝫ adueniens ignez cha
ritatis mentibus infun
dat ꝛ a tentatiōe atqꝫ a
torpore negligentie mē
tez soluat. Nō dū agit
arōata fluūt: qr adueni
ente spū scō: cor ꝙ ꝑus
torpuerat: ad bōa opa
se excitat: ꝛ q̄si orto flo
rescit: ꝛ post florem fru-
ctus redolentes ac refi-
cientes facit quibus se
ꝛ proximos suos per bo
na exēpla reficit. ¶ In
terro. Fr̄ carissime ro
go vt ondas mihi: ꝙ est
remediuꝫ aduersus ten
tatiōes dmoniū. ¶ Rñ
sio. Sorō mihi in xp̄o
dilectissima: hoc est re-
mediuꝫ eius q vitiorꝫ vl'
demonuꝫ tentatiōibus
estuat: vt q̄to ãplius tē
tat tāto ãpli⁹ ad orōnē
currat. Si ḡ cogitatio-
nes h⁹ sc̄li male ꝛ sordi-
de ꝯturbāt cor tuuꝫ ꝛ ꝑ
suadent aliqd illicituꝫ
perpetrare: per orōnes
puras ꝛ vigilias scās de
pellent ab aīa tua. Assi
due cū omni deuotiōe:
assiste in ꝯspectu dñi: in
tpe orōnis tue: vt iminē
tez tentatōez diaboli fa
cilius possis euadē. Co
gnosce venerabilis sorō
qr nō soluꝫ debem⁹ pu
gnare ꝯ diaboli tentati
oneꝫ: sꝫ etiā ꝯ vitia car
nis. Quare? qr caro cō
cupiscit adu̾sus spirituꝫ
spūs āt adu̾sus carneꝫ.
Jdō tā ꝑseuerant debe-
mus orare q̄usqꝫ possu
mus per grāꝫ dei suge
stiōes carnaliuꝫ deside
rioꝝ atqꝫ tentatiōes de
mōuꝫ vincē. Frequens
orō extinguit in pugna

tionez vitiorꝝ. Orō ꝯti nua superat tela diaboli. Orō ē pma vtus ad uersus tentatiōuz incursus. Igit̄ soror cariſ. sicut iā dixi tibi: per orōnes puras ꝛ vigilias scās: potis superare tentationes diabolicas. Sz si adhuc sentis molestias carnis: si tāgeris stimul' carnis: si memoria libidinis adhuc titilat aīuz tuuz: si caro tua adhuc te ipugnat: si te luxuria tētat: si te libido ad peccāduz inuitat: obice tibi memoriā mortis tue: ꝓpōe tibi futurꝝ iudicium Reduc ad memoriam futura tormenta: ꝓpōe tibi etna suppliciaꝛ etiā ꝓpōe aū oculos tuos ꝑpetuos ignes infernorꝝ ꝓpōe tibi horribiles penas gehenne. Mēoria ardōis gehēne extiguat i te ardorē luxurie. De sōnijs. ſ.l xviij.

S Oror carissima ea' q̄ dn̄r auscul ta. Sepe i noctib⁹ dēones occurrētes ꝯturbāt sensus hoīuz ꝑ visiōes: sepe ēt apta i pugnatōe crassantes corpa hoīuz verberāt. Diuiso mō fiunt sōnia. Quedā somnia eueniūt ꝑ saturitatē siue ꝑ exinanitiōez: q̄ ēt ꝑ experientiaz nota sunt. Quedā ēt ex ꝑpa cogitatiōe oriunt̄. Nā sepe q̄ in die ogitāus: in nocte recog̃scim⁹. Multa sōnia eueniūt ex illusione imūdorꝝ spūuz: salomōe attestāte q ait Mlt̄os errar̄ fecer̄t sōnia ꝛ exciderūt spātes i illis q̄dā ātvisiōes iusto eueiūt mō.i. supne r̄uelatiōis mistio: sic iveti tes. legr̄ de ioseph filio iacob: q

p sōniū frībus dī ꝑferē das: vel sicut legiť in euāgelio de ioseph spōso marie q per sōniū est admōit⁹ vt fugeret cuȝ puero in egyptuȝ. Nō nunꝙ̄ accidunt permixte ēt visiōes.i.cogitationes siľ ꝛ illusiōes atqȝ iteȝ cogitatiōes siľ ꝛ ṙuelatiōe danicle dicente. Qui reuelat mysteria: oñdit tibi q̄ ventura sūt Quāuis q̄daȝ vā sōnia sint: tñ facile nō debēus eis credē: qꝛ diūsis imaginatiōib⁹ nascunť. ꝛ vñ veniāt perfecte ñ cogſcimus. Igiť sōniȷs facile ñ dbemus fidē adhibe. Ne forte sathā in āgeluȝ lucis se trāsformās: aliqueȝ hōieȝ incautuȝ dcipiat. Aliqñ demōes q̄sdā curiosos ꝛ somnia obſuātes: ita dceptoria arte decipiunt: vt q̄daȝ

sōnia ñ alr eueniāt ꝙ̄ ipsi dicunt. iō aliqñ vā ꝑnunciāt vt i mlťis faliāt Sȝ ꝙ̄uis ita sōnia eueniāt sīc demōes ꝑnunciant: tñ cr̄denda nō sť: ne ex illusiōe ꝓcedāt scōȝ testimōiuȝ scripture dicentis. Si dixerint vob ꝛ ita euenerit nō credatis. Sōnia silia sť augurijs: ꝛ q ea obſuāt augurari noscunť. ğ sōnijs fides nō ē adhibenda: ꝙ̄uis videanť esse vā. q in sōnijs vľ augurijs speȝ suā pōit: nō ꝯfidit in dō ꝛ talis est q̄lis ille qventuȝ sequiť: aut ūbrā apphenderē nititť. Auguria mēdacia ꝛ sōnia dceptoria: vtraqȝ vana sūt Nō debēus credere sōnijs: ne forte decipiāur in illis. Spes nr̄a in dō sp sit firma ꝛ de sōnijs nulla nob sit cura. Di-

gnū, valde est vt in deo ponāus spez nr̄az: ⁊ i sō nijs nullā hēamus fidu ciā. Jō sorō carissima te mōeo: vt mens tua n̄ sit in sōnijs vl' augurijs in tenta: s₃ in deo oīpoten te sit firma. Si.n. augu ria vl' sōnia obſuauīs: ci to decipieris. Jn omni vita tua ɔtēne auguria ⁊ sōnia. ⁊ pone spez tuā perfecte in dei ꝓuidētia ⁊ in hac vita ⁊ in futura veniēt tibi ꝓspera. De breuitate vite. Ser. lxix

Soror caris. Au di v̄ba salomōis qōcūq₃ pōt ma nᵘ tua facē istāt operar̄: q₂ nec opus nec rō: nec: scia nec sapīa erunt apō inferos q̄ tu ꝓpas. Tm̄ .n. in hac pn̄ti vita est li citū operari bonu₃. Jn futura nāq₃ vita iā non expectat̄ operatio. s₃ bo nor opeꝝ retributio. vi ta ista: breuis est ⁊ cadu ca. vn̄ btūs ysidorus q longitudinez pn̄tis vite nō suo spatio: s₃ de eius fine ɔsiderat q̄ꝫ sit breuis ⁊ misa satis vtil'r pensat Igit̄ soror dilecta mihi in xp̄o. si v̄az vitā q̄ris ad eā vitā tende: q̄ ē v̄a ꝑ q̄ es xp̄iana. i. ad et̄nā Et̄na vita ē vitalis: ista ē mōtalis. Jō debes in carne mori mundo: ne moriaris in anima xp̄o Tē qsq₃ viuē cr̄dit si s₃ seclū₃ moriens in solo deo viuit. in q̄ viuē ꝓmi sit. De mora vite huius tediū₃ patit̄ iustus. eo q ad desideratā pr̄ia₃ tar perueniat. Venturi exi tus ig̃rātia hominibᵘ ē incerta. ⁊ dū quisq₃ mo ri non arbitrat̄. heu ɔfe stim morit̄. Unde festi net vnusqsq₃ emendare

malū q̄ fecit ne instigati-
b⁹ moriat̄ ⁊ sic finiat̄ vi
ta cū culpa diabolus q̄s
vincētes accēdit ad vitia
morientes subito nitit̄
ptrahē ad tormēta. Quis
hō in hac vita iustus sit
tñ cū de corpe isto egre
dit̄: ptimescit ne suppli-
cio dign⁹ sit. Tranqlla
vocatio cōmēdat finez in
stoꝝ hoīuz: vt ex eo itel
ligātur scōꝝ āgeloꝝ hīe
cōsortiū: ex q̄ sine ġui ve-
xatione de hoc mortali
corpe egrediunt̄. Jesus
xp̄s fili⁹ dei cū mag̃ ho
nore recipit ꝓuos suos
ab hac vita recedentes
in etna btitadine. Unde
spōsa in cāticis cāticoꝝ
loqt̄ dicens. Dilectus
meus descēdit in ortuz
suū ad areolā aromatū
vt pascat̄ in ortis: ⁊ lilia
colligat: q2 ecclesiā visi
tans ad eos maiori grā
venit: q̄s sanctis opib⁹
⁊ exēplis vtutū: odorez
bone fame ꝓximis suis
emittē cogścit in ortis
pascitur: qñ in vtutibus
animaꝝ delectat̄. Lilia
colligit: qñ electos suos
ab hac vita succidit ⁊ ad
gaudia etne vite eos tñ
sire fac. De talibus dr
Preciosa in conspectu
dñi mors scōꝝ ei⁹. Te
la consumitur filis ⁊ vi
ta hōis expenditur die
b⁹ singlis. In die mor-
tis aīe electoruz nimio
trent̄ metu incerti vtrū
ad p̄miū an ad suppli-
cia tñseāt. Quidā autē
electi i fine suo purgant̄
a leuib⁹ peccatis. Qui-
dā vero in ipsa mortis
sue hora ilarescūt ⁊ gau
dent ex cōtemplatiōe et
noꝝ bonoꝝ: Jdō voluit
oīpotēs deus diez mor
tis nr̄e nobis esse inco-

gnitũ: vt dñi sp igrat sp
eē pximi⁹ credat. Et tã
to qs sollicitus sit i bo-
no ope: ꝗto incertus ē
de sua euocatiõe. De-
mones suscipiunt aĩas
maloꝝ boiuz in die mõ
tis eoruz: vt ipsi sint eis
tortores in penis qui fu
erũt suasores in vitijs.
Tunc maligni spiritus
opa sua reqrũt qñ aĩa d
corpore egredit: ꝛ tunc
mala q̃ suasert replicãt
vt eã secũ ad tormẽta p
trahãt: iniquus post mõ
tez ducit cruciãdus iu-
stus v̈o post laborẽ qe-
scit securus. Sic. n. ele-
ctos btitudo letificat ita
credi neĉe ē ꝙ a die exi
tus sui ignis pctõres ex
urat. Soror mihi i xp̄o
dilecta: iõ in aurib⁹ tuis
hec exposui: vt cogñscas
qr neĉc ē nos trena sẽp
despicẽ ꝛ diẽ mortis no
stre sp in mẽte hr̃e. Au
di ēt qd Jacobus apl's
dicat. Que ē vita nr̃a
nisi vapor ad modicuz
parẽs. Iterũ salomon
ait. Ne glorieris in cra
stinũ ignoras. n. qd sup
ventura pariat dies.
Sollicite g̃ soror vene-
rabilis debes viuere ꝛ
terminũ vite tue ꝯside-
rare q̃ttidie vt eius secu
li blãdimẽta possis de-
spicẽ ꝛ celestia bona ac-
qrere. In oib⁹ opibus
tuis ꝯsidera nouissima
tua: ꝛ in etnũ nõ peccab
qr si ea sp ꝯsideraueris
nũꝗ aut raro peccabis
Hac de cã te moneo so
ror vt in reb⁹ vanis h⁹
mũdi ñ leteris: qr sine du
bio morieris nec hẽas
spẽ i reb⁹ tpalib⁹: qr p
nullã sortẽ potis effugẽ
mortem. Caro misera
cur in terrenis letatur:

q̄ ad mãducãdũ vmib⁹ preparat᷑. Moestissima sororiō hoc dixi vt nūq̄ obliuiscaris ordinez tue ɔditiōis. Memēto q᷑ cinis es ⁊ in cinerē reuerteris: puluis es ⁊ in puluerē ibis. Sic.n.ait dominꝰ p̄mo hoi. Reduc et ad mēoriā ea q̄ iob ð se loquutus est dicens. Quasi putredo ɔsumē dus sum ⁊ q̄si uestimentuz qð comedit᷑ a tinea. Mēoriā tue mortis obi ce. Diez exitus tui tibi propone. Dies mortis tue sp̄ sit in mēoria tua: ⁊ recordatiōe illius pfecte caueas peccata ⁊ vitia

De morte. Se.lxx.

Soror venerabilis: rogo ut audias verba cuiusdam sapientis. O mors q̄ amara ē mēoria tua hoi pacem hn̄ti in substãtijs suis. Et iteruz o mors bonū ē iudicium tuū hoi indigenti ⁊ qui minorat᷑ diuitijs ⁊ viribus. Huic simile est qð ait btūs Isidorꝰ o mors q̄ dulcis es miseris: q̄ suauis es amar᷑ viuētibꝰ q̄ iocunda es tristibus atq̄z lugentibus Mors ponit finez oibus malis in hac vita. Dat terminū malis in hoc seculo adimit oēm calamitatē Mors prebet terminū oibbus tribulatiōibus in hoc mūdo: s᷑ heu expeccata mōs miseris tarde venit. ig᷑ sororō carissima melius est bene mori q̄ male viuere. meliꝰ est ñ esse q̄ esse ifeliciter

Interrogatio. Fr dilecte rogo te vt dicas si ðbemus mortuos lugere aut p̄ amicis mortuis plãctū facē? Rñ.

sio. Soror dilecta. Adhoc btis isido.rñdeat tibi. Quāuis inqt pietas p defūctis fideli bus plorare iubeat fides tñ p eis lugerꝫ vetat. pro fidelibus igr defunctis nō debemus plorare sꝫ deo grās agere: qꝛ eos de miseria huius seculi dignatus est liberare: ⁊ qui eos ad loca refrigerij: lucis ⁊ pacis sicut credimus fecit trāsire: De fūctos fideles lugerꝫ nō dēmus q̄s ad regē migrasse non dubitamus. Hōesta virgo audi q̄ dico. illi homines sunt in mōte plorādi: q̄s demones cū ignōīnia rapiūt: nō illi q̄s āgeli cū honore suscipiūt: vl' illi sūt lugendi quos demones pertrahūt ad penas inferni ñ āt illi quos angeli pducūt ad gaudia paradisi. Aut illi sūt plorādi q post mōtē a dēmonibus sepeliūt in inferno: non illi qui ab angelꝫ collocant in celo: illi sūt plorādi qui male moriunt: non illi qui bñ finiūtur: illi sunt flendi q mala mōte poccupāt. ⁊ non illi qui pciosa mōte honorāt: xp̄i vgo audi q̄ dico qñ mōtuos qui bene moriūt lugeo: ⁊ mihi noceo ⁊ illis non pficio: qñ mōtuos ploro ⁊ illis nō pdest ⁊ mihi obest: illi ꝫ mōtuos suos carnalit lugeāt qui resurrectionē negāt: aut q̄s p⁹ mortē non credūt rsurecturos igr soror carissima: nos qui mortuos nr̄os credimus cū xp̄o regnare: nō debemus p eis plorare sed orare non debemus mōtuos carnalit lugerꝫ: sꝫ p eis dn̄o pces fūderꝫ:

vt eos dignet ͛ pc̃is eri
pe. ¶ De iudicio. lxxi.
Geminũ ẽ iudici
um diuinũ: vnũ:
q̃ i hac vita iudi
cãt hoies alteꝝ q̃ in futu
ra iudicabũt. ꝓpterea q̃
dã hic iudicãt ꝓpt infir-
mitates ꝛ paupertates ꝛ ꝑ
varias tribulatiões hui⁹
seculi ne in futuro iudi-
cent: Jõ qbusdã ad pur
gationẽ ꝓficit tporalis pe
na q̃rũdã vero hic icho
at⁹ damnatio: ꝛ illic pa-
ratur perfecta perditio
qdã iudicãt in hoc secu
lo ꝑ tribulationẽ: qdaꝫ
vero in futuro iudicabũ
tur ꝑ ignẽ ad examẽ di
stricti iudicis: nec iusticia
iusti secura erit: ide ẽ ꝙ
ď dño loqͣt iob. Innocẽ
tẽ ꝛ impiũ ipse cõsumit:
ↄsumit qppe a deo inno
cens qñ ipsa innocentia
liquidius reqsita: ꝛ diui
ne innocẽtie ↄparata ni
hil efficit. Cõsumit ẽt a
deo impius: qñ subtili-
tate diuini examis ipie
tas illius rquirit ꝛ dete
cta dãnat. Xp̃s in iudi-
cio ꝑ diuersitate meri-
toꝝ mitis ac suauis ap-
parebit electis: reprobis
vero apparebit terribi-
lis. In die iudicij qualẽ
vnusqsqꝫ habuit ↄscien
tiã talẽ iudicẽ hẽbit Ut
xp̃o in sua trãquillitate
manente: illis solis ter-
ribilis appeat: qs mala
ↄscientia accusat. Soror
carissima audi beatum
ysidoꝝ dicentẽ. Null⁹
hõ ẽ sine pctõ: nec qsq̃
securus eẽ põt de dei iu
dicio cũ ẽt de ociosis ver
bis reddenda sit ratio.
Heu nobis miseris pec
catoribus: heu nobis in
dignis: qd i illa die di-
cturi sumus q nõ soluꝫ

ociosis vbis sʒ ⁊ fcis co
tidie peccau͂s: ⁊ a malis
actib⁹ nu͂q̄ cessam⁹. Si
i iudicio oi͂potetis di͂ iu
stus secur⁹ n̄ erit: qd de
nob pcc͂oribꝫ erit? Si ad
examē districti iudicis:
nec iustitia iusti hoi͂s e-
rit secura: nos mihi qd
faciēus in die illa: q q̄tti
die mltiplicau͂s pcā nr̄a
Si i die iudtrij vix sal-
uabit iustus: nos q inu͂e
rabilia mala fecimus in
die illa vbi apparebimus
Nullus hō sine timoꝛ
potit eē in die illa: qn̄ ce
li mouēdi st ⁊ t̄ra ⁊ oia
elemēta caloꝛe st soluē-
da: de q̄ ēt di͂. Dies illa
dies ire: dies tribulatio
nis: dies misie ⁊ vindicte
dies nubis ⁊ caliginis:
dies tube ⁊ clāgoꝛis tri
bulabit i ea foꝛtis. Heu
fr̄ mi qd i illa die sum⁹
dicturi: qn̄ ille district⁹

iudex aduenerit? du͂.n.
aductu͂ illi⁹ memorasti
me ploꝛar̄ fecisti. tu me
moꝛādo tribilē diē iudi
cij: ad lachꝛia me coegi
sti. Soꝛo mihi i xp̄o di
lecta bene fecisti si cum
timoꝛe districti iudicis
fleuisti: quia anteq̄ ap
pareat dies iudicij opoꝛ
tet nos peruenire ante
faciē ei⁹ in ꝯfessiōe: ⁊ la
chꝛimas nr̄as i ꝯspectu
ei⁹ pōere. In hac vita ē
tp̄s acceptabile ⁊ dies sa
lutis: vn̄ di͂. q̄rite dn̄m
du͂ inueniri p̄t: iuocate eu͂
du͂ ꝓpe ē. In hac vita n̄
vi iudex ⁊ est ꝓpe i futu-
ra vita videbit ⁊ erit lō
ge. igr̄ soꝛō carissima ne
cesse ē vt q̄ram⁹ dn̄ʒ in
toto cōde ⁊ tota mēte in
hac p̄nti vita: si eu͂ inueni
re q̄rim⁹ i futura. Si eu͂
in hac vita cu͂ oi͂ deuoti
one q̄sierimus: ⁊ a ma-

lis operibus recesserimus. in die iudicij misericordiã ab eo ꝯsequamur. qꝛ benignus ⁊ misericors ẽ. De illo nãqꝫ scriptũ est. suauis dñs vniũsis ⁊ miseratiões eius sr oia opera eius. Igit soror cariss. depcemur ipꝫ terribilẽ ac iustissimuꝫ iudicez cuꝫ lachrymis ⁊ oi deuotione. vt in die iudicij non reddat nob sꝫ iniqtates nr̃as sꝫ sꝫ misericordias suas. ⁊ vt non permittat nos cuꝫ impiis audire illã terribilez sniaꝫ. Ite maledicti i ignẽ eternuꝫ. Sꝫ vt faciat nos cuꝫ electis suis audire. Venite bñdicti pr̃is mei percipite regnũ qđ vob paratum est ab origine mundi. ¶ De exortatione. Ser. lxxij

c Arissima soror: iaꝫ per grãꝫ dei nauiꝫ locutionis ad portuꝫ dirigo. sꝫ tñ iterũ ad te reũtor loquendo. Tu .n. rogasti vt ṽba scẽ admonitionis scriberez tibi. Ego ṽo si nõ vt debui. tñ per grãm dei vt potui ex dictis scõꝝ patruꝫ ad tuã ꝯmõitionez sniaꝫ collegi qs tue dilectioni in hoc libro repñtaui. Ecce igit soror mihi in xp̃o dilecta. habes bone vite monita. Datuꝫ est tibi consilium beneviuendi ⁊ etiã norma Nulla iã igrãtia a peccãte excusat. Non es iaꝫ nescia bone vite. Non .n. imprudens aut ignara bñ viuendi. Iaꝫ non potes dicẽ p igrãtiã peccaui. Quare? qꝛ iã lex exposita est tibi. ꝗ debes seq. iã oñsa st tibi precepta bñ viuẽdi. iã demõstratũ est tibi qlr in do-

mo dei debeas cõusari. q̃lis debeas esse iaz cũ suz est tibi. Iã habes cognitiões mãdatoꝝ. iam scis qd sit recte viue. Uide ĝ ne vltra offendas. Uide ne dinceps bonũ qd nosti despicias ne bonũ qd legis. male viuendo cõtemnis. Si bona q̃ legis male viuendo cõtẽpseris in conspectu dei nimis eris culpabilis. Quare? qꝛ melius est viaz salutis non cogscẽ. q̃ post cognitionez retroire. ĝ acceptũ donuz scientie mente ꝛ ope retine. Imple opere qd didicisti preceptione. Soroꝛ venerabilis. Iterz iterũqz pcipio tibi vt sũmo studio custodias monita hꝰ libꝛi: ¶ De obsecratiõe. lxxiij.

t E depꝛecoꝛ soroꝛ cariss. in xpo vt te non pigeat audire ea que tibi dicẽ volo cũ mag desiderio. qꝛ in xpo te multum diligo. iõ tibi cõsciẽtiã oñdo meã. Sz dum tibi pctã mea mãifesto. ne forte aures tuas polluã timeo. Te tñ rogo dilecta soroꝛ in cristo. vt des veniaz mihi peccatori idigno. Ego mih ꝛ peccatoꝛ a pmis fere ãnis cõtaminaui vitã meã ip noua pectãvetibus cõiunxi ip pcã peccatis addidi peccare nũqz siui. bonũ quod facẽ debuerã non feci. ꝛ maluz quod non debuerã facẽ feci. Ego mih non suz dignus videre altitudinez celi pꝛe multitudine iniqtatis mee. qm̃ irritaui irã omnipotentis dei adũsuz me ꝛ innumerabilia mala coram eo cogitaui dixi ꝛ

feci ab īfantia mea vsqꝫ in pn̄tem diem. Ego ī felix peccaui ī infantia: peccaui in pueritia: in adolescentia: in iuuētute sꝫ ēt quod est grauius ⁊ periculosius peccaui in senectute. Cecidi miſ ī ceno flagitiorum. Ego reus cecidi in foueā peccatorum. Ego culpabilis in puteum iniquitatis. Ego infelix cecidi ī profundum maloꝝ descendi miser inuolutabrum vitiorū. Heu miser heu infelix cecidi ⁊ per me nonvaleo surgere. Te ergo ōprecor soror in xp̄o amabilis vt me subleues manu tue orōnis. Manū tue orationis mihi porrige ⁊ me de profundo vitiorum extrahe. Tue intercessionis manum extende ⁊ me de fouea iniquitatis

eripe. Soror carissima certus suꝫ quod si tu pactum quod cum xp̄o pepigisti seruaueris ⁊ tibi dabitur corona in eterna gaudia: ⁊ mihi peccatori dabit̄ venia in hac vita. Si tu ea que xp̄o vouisti deuota mente ī- pleueris: ⁊ mihi īdigno veniam obtinebis: ⁊ tu cum sanctis virginibus in celesti thalamo letaberis. Honesta virgo certus sum nec dubito ꝙ tua virginalis oratio poterit obtinere ventiaꝫ peccatorum meoꝝ mihi īdigno. Soror venerabilis si tu in seruitio dei sicut pollicita es ꝑseueraueris: ⁊ mihi peccatori indulgentiā ꝯsequeris: ⁊ tu īter choros virginū in ꝑpetuū exultabis. Honesta v̄go rogo vt intēta mēte audi-

as que dico. Tu es soror mea deuotissima i xp̄o p cuius intercessionē mū dari apcōꝝ meoꝝ sordi bus non dubito. Si tu honorabilis virgo acce pta es deo: ⁊ si tu cū Je su xp̄o sponso tuo casto cubili cubaueris p sa lute mea qcqd ab eo pe tieris ipetrabis: Si tu soror castis āplexibus xp̄m āplexata fueris: p fecto mihi pcōꝝ veniaꝫ obtinere poteris. Si tu āplexibus xp̄i flagrātis simo odore virginitatis adheseris mihi idigno indulgentiaꝫ obtinebis Si iesuꝫ xp̄ꝫ spōsuꝫ ce leste sup oia amaueris ⁊ in ei⁹ dulcissimo amo re requeueris: delictoꝝ meoꝝ absolutionē acq rere potis. Jesus spon sus tu⁹ nō te ɔtristabit: sꝫ qōcūqꝫ petieris tibi dabit: q te sue copule so ciauit: multū.n. te dili git: qr suo sanguie te re demit. Igit amor tuus i xp̄o erit pcōꝝ meoꝝ re missio. Speꝫ remissiōis hēo. Si tu carissima so ror quā multuꝫ diligo i traueris cū xp̄o ad nup tias i celestē thalamuꝫ. Tu soror venerabilis i die districti ac tremēdi iudicij dei solatiū meū eris: vbi suꝫ redditurus rōneꝫ de culpis ⁊ negli gētijs meis. Meritum etiā tue sancte virginita tis minuet penā mee ini quitatis. Amen.

Laus omnipotēti deo.

Impressuꝫ Venetijs p Bernardinū de Be nalijs Pergomenseꝫ. Mccccclxxxxiiij. Die xxx. mensis Maij.